

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1114

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

881

P A T R I S T I C I

882

IX. fol. 310. Resumuntur Collectanea miscella e Patribus usque ad Codicis finem. Thecae illius anteriori inscripti sunt Versiculi elumbes de Fabella Henrici VII. Imp. hostia venenata interremiti, quos hic adponere piget.

CCLIV. VII. H. 20.

698 Codex membraneus lat. Sec. partim X. partim XIV. Folior. 82. 4. hanc miniatam Inscriptiōnem litera quadra praefert: *Incepit Expositio Quattuor Evangeliorum Sandi Hieronimi Presbiteri De Breui Prouerbio Edita Secundum Anagogen.* Ejusmodi Inscriptionibus praenotantur etiam Initia singulorum Evangelistarum, qui in Cod. hoc ordine se excipiunt: *Matthaeus, Johannes, Marcus, Lucas.* Praefatio ita ordinatur: *Primitus querendum est omnium librorum tempus. locus. persona &c.* Commentarios hos, seu potius Adnotationes Hieronymum parentem mentientes e Cod. *Gemeticensi* edidit *Martianaeus* T. V. Opp. *Hier.* a p. 847. de tollendis, quibus Codex ille horret, vitiis nihil solitus, ut queritur *Vallarsius*, qui eas T. XI. a col. 733. repreäsentavit, mendorum silvam caedere pro virili adnifus, at subinde non sat feliciter hario-lans, subinde rem in desperatis habens. *E Codice nostro*, quamvis et ipse non parum corruptus sit, subsidium peti posse, quae adscribo, Specimina demonstrent. *Matth.* c. 7. *Intrate per angustum portam &c.* ubi *Gemetic.* depo-

Denis Codd. mss. theolog. Bibl. Palat.

nant portam fides palaſticas II. quod col. 748. emendat *Vallarsius*: *deponant quas portant sarcinas*, Noster habet fol. 18. p. 2. *deponuntur. Porta fides. Palaſticas duo*, quae, si legeris *Palatia*, sa-na sunt. C. 14. ubi *Gemetic.* *Tetrarcha id est inita pars regni*, Noster fol. 23. firmat emendatio-nem *Vallars.* col. 751. *quarta.* C. 17. ubi *Gemetic.* *Piscis qui pri-mum ascendit in alium, ostendit cornemium*, et *Vallarsius* col. 753. intacto in alium divinat *corona-rium*, Noster fol. 25. feliciter: *in bamum*, et *Cornelium*, puta Centurionem illum, de quo *Actor.* c. 10. C. 21. ubi *Gemetic.* *Quem lapidaverunt es me Bart-sive*, et *Vallars.* col. 755. remo-tis, ut ait, his verborum mon-stris: *quem lapidaverunt est Stephanus*, Noster fol. 27. p. 2. recte: *quem lapidauerunt id est Naboth sive Stephanus.* Joh. c. 10. *Qui non intrat per ostium &c.* ubi *Gemetic.* *primus ostiarius Joannes precursor Christi scripturæ scriptura divina*, et *Vallars.* col. 777. pro *scripturæ legendum fortasse putat secundus*, Noster fol. 36. aperte: *Secundus ostiarius Christus est scriptura divina.* To *Scriptura* fortassis auferendi casu, aut *est perperam pro et posito.* Luc. c. 6. ubi *Gemetic.* *Quattuor beatitudines leguntur*, quia *quattuor virtutes cardinales continentur*: *caudes*, *Latine dicitur cordis: istæ quattuor lenes*, ostenduntur *quattuor partes mundi*; a quibus col. 767. manum retrahit *Vallarsius*, rectius Noster: *In hoc libro qua-*

K k k

tuor

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1114

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

883

I C I O D I C E S A

884

tuor beatitudines legitur (leguntur) quia quatuor uirtutes cardinales in ipsis continentur. Candes latine dicuntur. iste quatuor beatitudines ostendunt quatuor partes mundi. Manet tamen difficultas τε Candes five Candes, nisi dicas legendum Cardines, aut cum Geometrico corruptum graecum καρδιος. Atque haec innuisse sufficiat ad consanandas vetustas has Pseudohieronymi Adnotationes olim animum adjecturo, quae hac minima formula terminantur: Explicit Expositio Sandi Hieronimi Presbiteri IIIIor Euangel. De Breui Proverbio Edita.

*II. fol. 60. eadem Sec. X. manu sequuntur: I. Locus de Antichristo ex Apocalypsi hoc initio: *Judex iniquus id est antichristus. qui deum non timet quia superbus est &c.* II. Incipiunt Sententias *De Floratibus* (Floretis, Florilegiis) *Diuerfis*. Catechesis vide licet de Natura et Creatione Hominis, de praecipuis Fidei Capitibus, deque omnibus sacris V. et N. T. Libris, cuius initium: Int. *Homo per quid dicitur?* Resp. *Homo dicitur ab humo quia de limo terre formatus est.* &c. III. Locus Augustini de Monstris, qui c. 8. L. XVI. de Civ. Dei est. IV. Ritus conjurandi Tempestates.*

III. fol. 68. manu Sec. XIV. Incipit tractatus Raby samuelis Israbelite per quem probatur adventus christi siue Messye dudum preteritus per dicta veteris legis et prophetarum que iudei recipiunt. Praeit interpretis Alphonsi Boni-

hominis O. P. Dicatio, ut Cod. DCXV. quo te refer.

Codicis extremo a Compactore adtexta est Lacinia membranea Sec. fortasse VI. versus aliquot L. Numeror. c. 26. charactere unciali per pulcro exhibens, nec illos Interpretationis Hieronymianaem.

CCLV. VII. C. 7

Codex membraneus lat. Sec. ¹⁶⁴ XII. Folior. 98. f. nitide exaratus, rubricisque distinctus continet I. Commentaria in Marci Evangelium Hieronymo subposita. Praecedens Index hoc rubro: *Incipiunt Capitula Secundum Marcum dicta per hieronimum.* Haec tamen Capitula per Operis decursum nullibi indicantur, sed totum Opus in duas, quod singulare est, *Homiliae* dividitur, suffragante, qui in antica thecae parte scriptus est, titulo: *Jeronimus super Marcum in duabus omelias.* Incipit vero *Omelia Secunda* ad Marci C. XII. ab illis verbis: *Mulier sterilis non relinquens semen &c.* Post indicem *Incipit expositio beati Hieronimi in Marcum Ev.* *Incipit Prologus.* *Omnis Scriba doctus in regno celorum &c.* Et sic reliqua, ut nobis Cod. CCXLVII. n. 2. et editionis *Vallarsiana Opp. Hier.* T. XI. p. 783.

II. fol. 22. Incipit liber episcopalis in quo continentur acta beatorum pontificum urbis romae. Incipit epistola beati hieronimi presbiteri ad beatissimum damasum episcopum